ab eiſdem ſumuntur numeris, vt circa ſpecies notatum inuenies, non autem eodem modo, Nam in nouenaria remouentur 9. quoties poſſunt computando quamlibet figuram pro ſe. In ſeptenaria autem proba deponuntur 7. computando figuras ſecundum loca, ab vltima figura incipiendo, vbi ſi 7. haberi non poſſunt, ꝓcedatur ad proximam, quæ per ſe ſignificat, & vltima decies ſe repræſentat. Sic per omnes ꝓcede figuras ſemper 7. deponēdo. Relictus numerus loco probæ habetur. Sumitur autem prior ſeptenaria vel nouenaria additionis proba in addendis numeris. Altera vero in numero producto, quæ ſi reſponderit priori probæ, bene factum eſt. Item tertio, quælibet ſpecies per oppoſitam ꝓbatur, quæ omnium eſt certiſsima.

SVBTRACTIO.

SVBTRACTIO, eſt numeri a numero maiori vel æquali ablatio, vt videatur ſumma relicta. In qua numeros